



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CLIX. De Obsidione Castri Beselede & morte duorum millium
Sudovitarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Hanno de Sangerhausen VII. Magister Gen. Ord. Teut.
Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Prov. in Prussia.*

Castrum Bartenstein, quod post recessum fratrum Barthelemi sibi ad usus suos reservaverant, destruxerunt, captis & occisis omnibus etiam in cinerem redegerunt.

CAP. CLXIX.

De

Obsidione Castris Beselede & morte duorum millium Sudovitarum.

SEquenti anno Sudovita, Nadro- DE FRATRE HARTMANNO,
Svita & Scalovita cum maximo MAG. GEN. DO. TEUT. VIII.
Exercitu venientes, castrum (a) Be- Fr. Hartmannus de Heldrunge
Mag. General. Domus Teut.
VII. hoc tempore (d) fuit, qui
obiit XIV. Kal. Septembris.
seledam, situm in sylva dicta Kerte-
ne juxta Bartenstein, obsederunt, ob-
fortissime impugnantes; Quod cum videret (b) Nomedam Ma-
ter (c) Posdraupoti de genere Monteminarum, ait ad filios suos;
doleo, quod vos unquam genui, ex quo non vultis vitam & gen-
tem vestram ab hostibus defendere; De quibus verbis filius ejus
& alii Castrenses provocati, exierunt ad bellum, & de exercitu
infidelium ultra duo millia occiderunt. Post hæc fratres re-
ædificaverunt castrum Barthenstein, & habitabant ibi usque in
præsentem diem.

ANIMADVERSIONES.

- (a) In Districtu fuit Barthensteinensi, ubi adhuc in monte quodam
vallum conspici, tradit Henneberg *in Comment. p. 31.*
(b) Mamedam vocat Henneb. *loco citato.*
(c) Jerofchinus habet Posdraupote. Hennebergerus Posdraupis.
(d) In Chron. antiq. Germ. Bibl. Regiom. in 4. hic Magister Anno
MCCLXXIV. electus esse & 8. annis imperasse dicitur.

CAP.